



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispositio Et Perioche Historiae Evangelicae Per IIII.  
Euangelistas contextæ, necnon Actuum apostoloru[m],  
Epistolaru[m] quoq[ue] Pauli XIII. & Canonicaru[m] VII.**

**Bullinger, Heinrich**

**Tigvri, 1553**

**VD16 B 9605**

Liber III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35634**

## EVANGELIUM

humanarum traditionum, conuertitur ad populum, & huic exponit quæ sit uera animi puritas, quis scopus doctrinæ pietatis, ut purgetur mens hominis. Postremo docetur exemplo Syrophœniſſæ uera in Christum fides, docetur quanta sit domini uirtus atq; bonitas.

## LIBER III.

Cap. 8.

**Q**UIA potissima uirtus Christianorū fides est, Marcus subiungit quædam quibus fidem piorum uerbis & factis Christi docet iterum atq; confirmat, medicans affectui qui fidē ualide obturbat, curamq; præsentium rerum adeoq; ipsam diffidentiam alte inſerit. His coniungit exemplum incredulitatis phariſaicæ, ostendens in redulitatem scelus & nephas esse maximum. Præcipit ſuis ut ſibi caueāt à fermento phariſæorum. Mox cæco oculos reddit, ut uel inde appareat quis reddat pijs oculos animi. Subiungitur deinceps confessionis ueræ fidei Christianæ exemplum. Vbi dominus permulta diſſerit de fidei myſterijs, quomodo nobis parata ſalus per mortem ſuam: diſputat & de abnegatione ſui ſiue de mortificatione carnis. Subiungitur his tranſfiguratio domini, ut hinc guſtum habeant uitæ futuræ quicunq; præſentem contemnunt. Poſtea egregio demōſtratur facinore Ieſum eſſe Meſſiam mundi ſaluatorem.

Cap. 9.

rcm,

rem, qui e potestate diaboli uenerit liberaturus creden-  
tes, qui precibus & ieiunijs contra illius insidias inui-  
gilant. Iam etiam modestiam animi humilitatemq; suis  
commendat, monens interim ne quē damnemus, aut re-  
pellamus protinus: ubi & de scandalo & correctionis  
necessitate atq; usu disputat.

### LIBER III.

**N**VNC capitibus aliquot describit S. Marcus Cap. 10.  
colloquia quædam selecta & illustria domini, de  
ardujs & ad uitam sanctam recte componendam ma-  
ximopere necessarijs, instituta, unde scilicet sancti dis-  
cant quomodo se in mundo pie gerant. Et initio qui-  
dem disputat de coniugio, quod contaminatum phari-  
saicis traditionibus restituens integritati natiuæ, repur-  
gat. Deinde cū liberi sint coniugij fructus, secundo loco  
de illis agit, quid de ipsis quod salutē ipsorū attinet sen-  
tiamus, docens ipsos ad deum esse perducendos. Tertio  
loco ponitur insigne domini colloquiū cum adolescente  
opulento: ex quo uaria discuntur: deū uidelicet summū  
esse bonū: qua ad cælos uia pateat: quanta sit humana  
miseria et stultitia. Docet enim quā difficulter diuites  
regnū dei ingrediātur. Post hæc differit de præmio uir-  
tutum modestiaq; eorū qui præmia accipiūt. Mox suis  
inculcat passionis suæ mysterium. Ibidem innotescit in